



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

An homo nihil aliud facere debet, qua[m] credere. tit. 45

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

potuerunt Psal. 128. inimici. Non ergo fides Ecclesie
falsa aut Sacramenta, quòd negantur ab hæreticis,
Rom. 3. Similiter & omnia Sacramenta, sunt ab hæ-
reticis vel negata aut impugnata.

*AN HOMO NIHIL ALIUD
facere debet, quam credere.*

TITVLVS XXXXV.



R Imò notandum, quòd mundi iam est
doctrina, quòd homo nihil aliud indi-
geat ad salutē, quàm credere. Nam ope-
ra, satisfactio, & omnia quæ fieri debe-
ant pro salute omnium hominū, iam
semel facta & expedita sunt per Christum, & in illum
solum posuit Pater omnium nostrū delicta, Esa. 53.
Hic semel intrauit in sancta sanctorum, & reperit æ-
ternam vitam, Heb. 9. Nihil ergo amplius est necessa-
rium homini ad salutem, sed vt solum credat &c.

Secundò, hoc verum est, quòd omnia quæ salutem
nostram concernunt, semel promerita sunt per Chris-
tum: & non est opus, vt adhuc alia fiat satisfactio
pro redemptione mundi: sufficit illa vnica Christi
satisfactio, quæ æterna est, Hebræo. 9. At distributio
Christi meriti & satisfactionis, nondum est facta: hęc
autem fit quotidie & omni hora, & durabit vsque
ad finem mundi. At quomodo distribuitur? Respon-
deo, Per media. At quæ media? Respondeo, quæ
Christus præcepit Marc. 1. Pœnitementini, & credite Eu-
angelio. Secundò, facere voluntatem patris qui est
in cœlis, Matthæi 7. id est, seruare illius præcepta.
Summa, totum Euangelium docet, quomodo non so-
lum credamus, sed quatenus etiam apprehendamus
Christi beneficium & retineamus: & nisi Euangelio
toti obedierimus, amittemus gratiam iterum.

Tertiò, media sunt hæc, non merita, sed media per
quæ

quæ Deus operatur & distribuit beneficia Christi. Sic est fides & sacramenta, per hæc enim apprehendimus Christi gratiam, dona Spiritus sancti, & obedientiam legis diuinæ retinemus. Roman. 8. Si secundum carnem vixeritis, &c. Nisi ergo habueris fidem, & simul cum fide poenitentiam, non eris particeps bonorum Christi & meriti sui: & nisi cum fide etiam habueris obedientiam & obseruantiam legis diuinæ, non retinebis, sed statim amittes acceptam gratiam. Ideo Apostoli non solum docuerunt fidem, sed etiam qualiter retineatur fidei efficacia, id est, ea quæ in baptismo gratis apprehenditur per iustitiam sequentem. i. Corint. 5. Christus pascha nostrum immolatus est, itaq; epulemini nunc in azymis synceritatis. Et 1. Petri 2. Peccata nostra portauit, vt iustitiæ viuamus. Hebræor. 9. Emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti, &c. iustitia ergo sequens fidem retinet.

Quarò, pessima igitur hæc est opinio, destruens omnem religiouem, honestatem & ordinem, scilicet solum credere, nihil aliud facere oportet. Sathanas illam inuexit in mundum: Credere oportet accedentem ad Deum. Hebræor. 11. Sed hoc credere, est obedire voluntati diuinæ. Summa, quoties hæc duo media separas, fidem, opera & poenitentiam, toties falsificas religionem & Christianismum, sicut multa media concatenata, fides, sacramenta, opera, cetera. Hæc omnia media sunt, per quæ Deus distribuit Christi beneficium: non sunt merita, & cæt.

QUID SIT FIDES

Catholica.

TITVLVS XXXXVI.



Tria sunt notanda. Primò, quid sit fides Catholica: Secundò, cur illa exigatur à Deo: Tertio, qui sint fructus & utilitates illius.

L I

Primò,